

grotitate, vel misericordiam aeternis Patris, vel
Christi Servatoris meritum excedat.

67. I. Nam immensam, & ex aequo se erga
omnes peccatores resipiscentes habentem misericordiam Dei Patris, tum infinita alia scri-
ptura confirmant testimonia, tum vero ipse Ie-
hovah testatissimam facit, apud Prophetam cla-
mans: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut
convertatur impius a sua via mala, & vivat. E-
zech. 33, 11. & cap. 18, 21, 22. Si impius ege-
rit pénitentiam ab omnibus peccatis suis, que
operatus est, OMNIVM iniuratum eius non
recordabor amplius.

68. Et Servator Ioh. 3, 16. Sic DEVS, inquit,
dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum
daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat
sed habeat vitam eternam.

69. II. Meriti vero Christi sufficientiam A-
postolus Iohannes dilucide asserit, scribens: Hic
est propitiatio pro nostris peccatis: non pro no-
stris tantum, sed pro totius mundi peccatis I.
Ioh. 2, 1. Et sanguis Filij Dei emundat nos ab
OMNI peccato I, Ioh. 1, 7.

70. Hinc D. Apostolus generalem infert Apho-
rysum, omni dubitatione maiorem: Vbi exu-
beravit peccatum, ibi exuberavit & gratia,
Rom. 5, 20.

71. Qua de causa horrendas ac blasphemias Sa-
cramentariorum voces, & Misericordiam Dei
Patris,